

1227, novembre, 5

*Pasqual de Vilaroja i Sibil·la, esposos, venen a Bernat Aruerius una terra situada a Girona, sota la torre Gironella, que es té per Ramon de Gironella, per 37 sous.*

ASD núm. 93, perg. orig., 202 x 130 mm. Còpia: *Llibre de capbreuacions*, núm. 96, f. 153.

Sit notum cunctis quod ego Paschalis de Uillarubea et uxor mea Sibil·la, per nos et per omnes nostros uendimus tibi Bemardo Aruerio et tuis perpetuo illam nostram feixiam terre integre quam habemus subtus Gerundellam, que affrontat ab oriente in feixia Petri Prioris, a meridie in carraria que pergit ad fontem Romanam, ab occidente in alia nostra feixia, a circio in manso Guilielmi Cocala qui fuit, cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et tenedonibus et cum omnibus aliis in se habentibus sibi que quocumque modo pertinentibus pro triginta .VII. solidis barchinonensibus, ualente marcha argenti .LXXXVIII. solidos, de quibus recognoscimus nos a te bene esse paccatos, renunciando exceptioni non peccunie numerate (sic). Et si amplius ualet iamdicto precio, totum gratis et ex certa scientia tibi et tuis totum donamus ad tuam uoluntatem perpetuo faciendam. Et ideo de nostro iure et potestate in tuum tradimus dominium et potestatem et cum hac presenti publica carta mittimus te in corporalem possessionem et inducimus irreuocabiler ad omnem tuam tuorumque uoluntatem omni tempore ibi et inde faciendam, et sine alio aliquo retentu quem ibi uel inde non facimus, omnibus nostris uocibus et rationibus et omnium nostrorum ibi et inde perhenniter extinctis. Et conuenimus tibi et tuis per nos et successores nostros prephatam uenditionem semper facere habere et tenere in pace et teneamur semper tibi et tuis de omni euictione, obligando nos et omnia bona nostra ubique. Et si aliquo iure scripto uel non scripto siue exceptione uel accione aliqua in futurum huic contractui obuiam ire possemus, illi iuri prorsus in perpetuum renunciamus. Ranc autem uendicionem per nos et per omnes nostros facimus saluo iure Ramundi de Gerundella, pro quo tenetur in omnibus, et ego dicta Sibil·la iuro in Deum et per sacrosancta quatuor Dei Euangelia meis propriis manibus tacta hec omnia suprascripta fideliter attendere et non in aliquo contrauenire iure sponsalicii mei uel alio modo.

Actum est hoc nonis nouembris anno Domini .MCCXX. septimo.

Sig+num Paschalis de Uillarubea, sig+num Sibil·lie eius uxoris, qui hoc firmamus firmari que rogamus. Sig+num Berengarii de Plano. Sig+num Bernardi de Carraria. (*s. man.*) Raimundus de Gerundella.

(*s. man.*) Bernardus de Castilione, qui hoc scripsit mandato Bernardi Stephani, Gerundensis canonici et publici notarii. Bernardus Stephani, Gerundensis canonicus et publicus notarius, subscribo (*s. man.*)

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 211-212